

Beschaffenheit der Aufzeichnungen in Bezug auf die Hinzufügung derselben nicht befolgen.

Volframmus¹ decimus monasterii huius abbas in memo-^{* 1 f. 78'. 2 f. 6.}ria habendus eterna, sicut in corrigendis subditorum moribus prudens et impiger, ita fuit in augmentandis libris promptus et alacer. Nam cum ipse liberali polleret sciencia, in discipulis suis liberalium studiorum maxime diligebat exercicia. Habuit autem inter ceteros fratres² fratrem quandam Burckardum nomine, quem armarie curam primum suscipere ordinavit, cuius diligencie fidelis cooperator³ extiterat et ad libros quoque, quos ipse comparare posset, sumptus et impendia largissime subministrabat. Quos singulatim ponere volui, ut possint a succedenti posteritate dinosci.

I.

1. Missales libri duo ex integro. 2. Leccionarius unus. 3. Graduales libri duo.⁴ 4. Item graduale musice notatum. 5. Liber sequenciarum unus. 6. Officialis liber. 7. Pars matutinalis libri. 8. Letania cum oracionibus et lecciones ad vigiliis in uno volumine. 9. Moralia Gregorii in tribus voluminibus. 10. Omelie due. 11. Origenes super librum Numeri. 12. Prior pars Augustini super Iohannem. 13. Augustinus de sermone Domini in monte habito. 14. Augustinus ad litteram super Genesim. 15. Augustinus de opere monachorum, de bono coniugali, de sancta virginitate, de sancta viduitate, de orando Deo, liber exhortacionum ad quendam comitem in uno volumine. 16. Liber retractacionum, de nupciis et concupiscencia, libellus de quadam sententia beati Iacobi apostoli ad Hieronimum⁵ missus in uno volumine. 17. Item alius liber beati Augustini de fide sancte trinitatis, encheridion, contra Parmenianum, contra Donatistas in uno volumine. 18. Liber questionum beati Augustini veteris et novi testamenti numero centum viginti septem. 19. Augustinus de doctrina christiana, tractatus de simbolo, de divinacione demonum, de cathezizandis rudibus in uno volumine. 20. Augustinus de operibus septem dierum. 21. Epistola Augustini ad Paulinam de

1) 'Hic Volframmus' 1; 'hic insuper venerandus pater Wolframmus digne in memoria habendus' 2. Das Wort 'hic' rührt jedenfalls von Andreas her, der damit an den vorangehenden Text anknüpft. 2) Hinter 'fratres' in Klammern 'hic Wolframmus' 1. 2; wohl von Andreas hinzugefügt. 3) 'operator' 2. 4) N. 3. 4. 5 fehlen in 2. 5) 'Ieronimum' 2; und so immer.